



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Monachi non debent vilas ad firmam tenere vel ecclesias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

PARS  
XXVII. NE CLERICVS VEL MONACHVS  
SÆCVLARIBVS SE NEGOTIIS IMMISCEAT:  
& de regula religiosorum.

## CAP. I.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

**F**RATERNITATI vestra per apostolica<sup>\*</sup> præcepta man-<sup>\* predi-</sup>  
damus, quatenus vniuersis monachis vestræ iurisdi-<sup>ptra</sup>  
ctionis arctius inhibere curetis, ne villas & ecclesias ad  
firmam\*, vel receptas detinere præsumant. Quod si præ-<sup>videt</sup>  
sumperint, eos, auctoritate apostolica freti, sublato ap-<sup>debet,</sup>  
pellationis remedio, faciatis a præsumptione sua, ecclesia-<sup>recipiit,</sup>  
stica districione cessare. <sup>z. q. 1.</sup> Null.

CAP. II. *Idem in Concilio Turonensi.*

Non magnopere antiqui hostis inuidia infirma mem-  
bra ecclesiæ præcipitare laborat. Hic manum mittit ad  
desiderabilia eius, electos quoque nititur supplantare, di-  
cente scriptura: *Esca eius electi.* Multorum siquidem ca-  
Iob. 39. iux-  
ta LXX.  
sum se operari reputat, vbi aliquod membrum ecclesiæ sua  
fuerit calliditate subtractum. Et inde nimirum est, quod  
z. Cor. II.  
in angelum lucis more solito se transfigurans, sub obtentu  
languentium fratrum consulendi corporibus, & ecclesia-  
stica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdam ad  
legendas leges, & confectiones physicas ponderandas, de  
suis claustris educit. Vnde ne sub occasione scientiæ spi-  
rituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur, & in  
interioribus ex eo ipso deficiant, ex quo se aliis putant in  
exterioribus prouidere: de præsentis Concilii assensu sta-  
tuimus, vt nullus omnino post votum religionis, post fa-  
ctam in loco aliquo religioso professionem, ad physicam  
legesve mundanas legendas permittatur exire: si vero exie-  
rit, & ad claustrum suum infra spatum duorum mensium  
non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus euitetur,  
& in nulla causa, si patrocinium præstare voluerit, audia-  
tur. Reuersus autem in choro, capitulo, mensa & ceteris,  
ultimo fratum existat: & (nisi forte ex misericordia apo-